

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Nocumentum d
cum fonte primo

Aliud quoque est non nocere
quod semper potes, aliud prodesse
cum possis, aliud non facere,
aliud non operari bonum. Illud tibi
rursus occurrit non sufficere
Christianum, si unam partem iusticie
impleat cum utrumque precipitur.

Ieronymus ad Cellanciam.

multi nostrorum illud absolute atque
integre definiunt innocentem, qui ne in
eo quidem nulli noceat, quod prodesse
desistat, quod si uerum est, tum demum
laetare de innocentiae conscientia, si,
cum potes adiuuare, non desinas; sin
uero diuisa inter se ista atque distincta
sunt

aliudque est non nocere,
quod semper potes, aliud prodesse,
cum possis, aliud malum non facere,
aliud operari bonum, illud tibi
rursus occurrat non sufficere
Christiano, si unam iusticie partem
impleat, cui utraque praecipitur.

Auctores uarii, *Epistulae ad
Hieronymum*, 148, 7 (CSEL 56, I.
Hilberg ed., p.335, ll.11-18).